Adagiū
Paremia
Prouerbiū

2

8)

P. FAVSTI ANDRELINI

Foroliuiensis Poetę Laureati atq; Oratoris clarissimi Epistolæ puerbiales & morales longe lepidissimę nec minus sententiosæ.

EX SECVNDA, RECOGNITIONE.

Ad me Jo: Cincinnū pbrm spectat is liber

Anno d. 1515.

LANDES- UND STADT-BIBLIOTHEK DUSSELDORF

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

VD 16

Beatus Rhenanus, Hieronymo Gebuilero Selestati bonas litteras profitenti. S.

Morales P. Fausti epistolæ, mi Hieronyme iccirco ad Germanicæ iuuentutis vsum, impressioni mandandas duxi, ꝗ viderem eas minime protritam triuialem ꝗ in se continere eruditionē. Nam habent eximiā imprimis verborū elegantiā, nec minorē sententiarū (quibus affatim scatent) venustatē. Inueniet hic ingenuus adolescēs, nō pauca ad bene beateq; viuendū hortamenta. Discet hic amorem mulierū esse fugiendū, & voluptatū fugam, ad sanctiorem vitam, q̄ maxime conducere, vt grecanico quodam versiculo præcipitur, quem hunc in modū Hermolaus Barbarus paraphrasi expressit.

Venter, pluma, venus, laudem fugienda sequenti.

Discet pręterea tempus (cui⁹ sumptu nihil p̄ciosius est) per inertiā non esse transmittendum. Ociū innumerorū malorū seminariū, impensissime euitādum. Et id genus plurima. Quæ omnia Foroliuiensis Faustus in his epistolis prouerbialibus ac protrepticis, cū lepide, tum grauiter complexus est, qui etsi in nōnullis opusculis genuino poetarū more lasciuiusculus sit, hic tamen integrum, ac modestum oratorē agit. Cęterū norit cādidus lector, adagia καὶ τὰς παροιμίας (vt greci dicunt) quadranter condimentorū rationē subire. His nempe immoderati⁹, in concinnādis edulis, popinatores vtantur, gustui, aut grata iocunda q̄ reddent. Illis, simili pacto (si modus absit) non tam splendorem, ac ornatum q̄ obscuritatē sermoni tuo afferes, Mediocritas vero omnia saluat, vbiq; optima, vt inquit Aristoteles, summus (Pliniano Eulologio) in omni scientia vir. Bene vale Selestati, pridie Kalen. septembris. Anno. M. D. VIII.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Epistola nuncupatoria.

Faustus illustri Franciæ Cancellario, Ioanni de Ganay Mecœnati suo, fœlicitatem.

HGerem diffusiore tecũ epistola, illustris Cancellarie, ni tantã rerum molẽ sustineres, vt Athlas ille cœlifer esse videaris. Helleboro, nec pauco sane indiget, q̃ loquatiorẽ, cũ par sit, Thersitem referat, apud eũ pręsertim, cui nõ modo supuacanea nõ legẽdi, sed ne respirandi quidẽ ocium supsit. Quid enim importuno locutore stultius, aut dici, aut excogitari põt? Itaq̃ laconẽ potius cũ turturẽ insequar, ne & plixior fiam, cũ ipse velim, & tu plus æquo degraueris. Extremę siquidẽ demẽtię foret in eã me garrulitatẽ incidere, quam in alijs dãnandã duco. Guidoni Rupeforti puerbiales, ac moales nescio quas epistolas idcirco dedicãdas cẽsui, q̃ niã nihil vnq̃ ptermittebat, qd̃ ad me vel iuuandũ, vel ornãdũ attineret. Nã quo altiori fastigio eminebat eo humaniorẽ se pbebat, in oẽs psertim litterarij nois pfessores. Quãq̃ inter eos sum ego, tãq̃ nycticorax ad solẽ, vl̃ nihil, vl̃ parũ admodũ intuẽs. Ingrati, mẽdaces, itẽ ac ęs alienũ cõflãtes, grauissime quidẽ apd̃ Persas plectebant̃, sed ĩ ingratos seuerius, cũ in alios animaduertebat̃, q̃ nihil tã detestabile sit, cũ collatũ in se beneficiũ non agnoscere, Maior insup adagialiũ apd̃ me epl̃arũ aceruꝰ cõgerit̃, q̃ nihil aliud oĩno pter publicũ affectãt. Ne semp inter chartaceũ, puluereũq̃ sitũ ĩmarcescãt. Eas cui iustius cũ aut tibi, aut Germano fratri deuoueã, certo habeo neminẽ, vt pote q vtriq̃ vsq̃ adeo obstrictꝰ sum vt nũq̃ vbis cõseq̃ possim. Nõ mihi si centũ linguę sint, oraq̃ cẽtũ Ferrea vox. Esto in faceto rure in facetiores nugas offerã. Arthaxerses Persarũ rex nõ tã donũ, cũ donãtis aĩm, exosculatꝰ ẽ. Nec eos dij aspnãt̃, q̃ cũ thura ñ habeãt, salsa tm̃ mola litẽt. Vale. O & presidiũ, & dulce decꝰ meũ.

Aa ij

Faustus fuit olim Mecœnas Vatis.

Thersites

Eiusdem Fausti ad illustrẽ Franciæ Cancellariũ Guidonem Rupefortem Epigramma.

Hactenus antiqua strinxi noua carmina lege
Nunc laxo certis verba ligata modis.
Fastidita petit varium mea musa palatum,
Non vno est semper mensa paranda cibo
Primum igitur parui fructum donamus agelli.
Crescat vt auxilio copia larga tuo.
Si forte aspirans de rupe fauonius adsis,
Cornua fœturæ plena recentis erunt.

Sequentium Epistolarum secundum primã, quæ nuncupatoria est. Argumenta.

Epistolæ .I.

Q̃ hactenus in pcudendo tm̃ carmine insudauerit nunc demum solutam orationem aggrediatur.

Epistolæ .II.

Amico reconciliato, aut raro, aut nunq̃ fidendũ.

Epistolæ .III.

Q̃ Aeneis non ab omnibus intelligatur, dubiã habens cũ Iliade palmam. Epistolæ .IIII.

Non esse antiquatis, obliteratisq̃ verbis vtendũ.

Epistolæ .V.

Non habendum esse cum fœmina commercium.

Epistolæ .VI.

Temporis iactura nihil esse, neq̃ pernitiosius, neq̃ detestabilius. Epistolæ VII.

Q̃ pueri ab optimo p̃ceptore cãdidis, tum literis, tũ moribus sunt imbuẽdi. Epistolæ .VIII.

Labores ocio añponẽdos, Epistolæ .IX.

Q̃ ideo epistolas scribat Adagijs scatentes, quia magna & moralia complectuntur.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

P. Fausti Andrelini Foroliuiensis Poetæ Regij, Ad illustrem Franciæ Cancellarium Guidonem Rupefortē, Prouerbialium, moraliumq; epistolarum Liber .I.

Argumentum Epistolæ .I.

Q; hactenus in procudendo tantum carmine insudauerit, nunc demū solutam orationem aggrediatur.

SI existimarē, illustris Cancellarie, me eo in albo esse, in quo vel antiqui, vel recentiores oratores inscribuntur, nihil certe aliud facerem, q; aut noctuam aquilæ, aut testudinem pegaso commiscerē. Oratorium enim munus, non modo primoribus labijs non gustaui, nec extremis digitis attigi, sed ne a limine quidem salutaui. Nō nihil sum conatus, illud peniculatim effigiare, cæterū vix ad vmbrā proximus accessi, q; operi manus artificium q; defuerint. Sub censurā aleāq; tuā veniṭ, in hoc q;quid est vmbratilis simulachri. Quum iudiciū habeas ad perpēdiculū, ad amussimq; q;dratū, non tantum crepidam (vt appelleus sutor) sed totam poteris imaginem non indigne censere. Nihil inuenies oīno, qd vel Demosthenis, vel Ciceronis lucernā oleat. Nam carmine ꝓcudendo oēm ferme ętatē consumpsi, atq; vtinā exquisito potius q; numeroso. Vergiliū (vt ait Seneca) illa fœlicitas ingenij soluta oratione destituit. Nō inficiant, cum alij, tum in primis versiculus cōsularis Ciceronem, alioqui latini parentē eloquij, inuitis (vt aiunt) musis) cecinisse. O fortunatā natā me cōsule Romā. Fœlix q, adiuuāte natura, potuit vtrūq; dicēdi genꝰ assequi, Oīs quippe ars, repugnāte natura, (si Quintiliano credit) vel parꝝ vel nihil prorsus valet. De me, inter oratores (vt ingenue fatear) iure dici potest, protritū, ac vulgare puerbium, Nūquid & Saul inter pphetas? Sed volui multa degustare, quippe, qui fastidientē habeam stomachū, ex di

Esse in albo ꝓ in eo nūo seu ordine. ꝓ chil. 636.
Noctuā aquile: testudinē pegaso assimilare: inpar compatio.
primoribus labijs gustare: Extremis digitis attingere:
A limē salutare:
peniculatim effingere.
Ad vmbrā ꝓxīg accedere.
Sub censurā aleāq; venire ꝓ ad iudicū et pbrerulā suū exprimētū.
Vmbratile simulachrū
Ad ꝓpendiculū: ad amussim quadrare.
Nō oleva crepidā sutor indicabit.
D. vd C. lucernā olere.
Inuitis musis canē.
Nūqd & Saul inter pphetas.
Fastidientē habere stōchū.

utina scribēdi carminis agitatione, Qui autē fieri potest, vt poeticam quis calleat, oratoriam aūt ignoret? Quum ex ipso carmine pedestris oratio profluxerit? Alia est, vt scis, noscēdi fili ratio, Alia vero cōtexendi. Exercitatiōe consūmat̄/quicquid natura arteq; ꝑcipitur. Vbi absit exercitacio, ibi, aut naturalis, aut artificialis peritia, vt cesset necessum est: Cū tota virtutis laus (vt p̄clare scriptū est a Cicerone) in ipsa tm̄ actiōe cōsistat. Itaq;, vt domū ex tabula manū tollerē, tumultuaria succisiuaq; lectione, recognoui nonnullas (quoad potui) epistolas, quas iamdiu ad varios (sicuti mos est) vel amicos vel inimicos p̄cipitauerā. Eas tibi nuncupatim dico deuoueoq;. Dixeris fortasse, & merito quidē. Quid mihi, Fauste, cum epistolijs istis tuis, Siculis gerris, Persicisq; nugis vanioribus? Scio ego, mi suauissime Guido, haud illas esse, quę præclaris ac maximis tuis in me beneficijs respondeāt, Sed vt auctoritate tua, elephātos ex muscis facias, & paruo pedi magnos calceos circūdes, Si ęqui boniq; feceris, forsitā, ex arido pumice ea in futurꝝ scatebit aqua, cui (vt arrogātiuscule loquar) vl' exundās Nilus īuideat. Vale.

filū orōis noscē. a tenere.
Ex tabula manū tollē.
Tumultuaria succisiua lectio.
Nūcupare
Gerrę siculę Ꝑsicę nugę.
Elephātos ex muscis facē.
Paruo pedi magnos calceos circūdare.
Ęqui boniq; facere.
Ex arido pūmice aquā scatē.
Aqua cui exūdās Nilus īuidet.

Argumentum Epistolæ. II.

Amico reconciliato, aut raro, aut nunq̄ fidendum.

COgerer profecto, Antonij, more Sardonio, profusius dissolutiusq; ridere: quāuis Licinius Crassus, seu Photion Heraclitusue, aut Philippus Romanorum imperator forem; quos idcirco, agelastos, idest irrisibiles nuncuparūt, ꝙ ille semel in vita, hi vero riserint nunq̄. Quis ita frontē caperat, superciliumq; subducit, Quin plane Democritum ageret, domi forisq; cachinantem, exclamantemq; illud Lucretij carmen: O cęcas hominum mentes, o pectora cæca. Quum tu, qui literas, ne de facie quidē agnoscis, in omnes, tum doctos, tum mo-

Sardo risus
Agelastus. i. irrisibilis.
Frōtem caperare. Supercilium subducē.
Democritū agē.
De facie agnoscē.

rigeratos oblatres? Quod certe perinde est, ac si audeat, vel culex elephantem mordere, vel formica leonē tondere. Non ignorabas, in duobus corporibus vnā eādemq; esse & meā & Fernādi anīam, sicuti amicitiæ candor, ac vis exigit. Quæ demū, authore Salustio, vera est, quū idē velle, idemq; nolle accesserit. Tu vero, tam sanctę, tamq; feruēti beniuolentię inuidēs, haud quaq; erubuisti, tāq; is qui frontē perfrictam habes, frigidam inter nos aquā suffundere. Quod quum olfecissemus, nō iniuria censuimus, te, aut noctuā inter cornices, aut asinū inter simias habendum. Dij boni, q; verax est Plautinū illud, Lupum esse hominē homini, non hominē, qui qualis sit non nouit. Nunc demum, vela vertis, studesq; duos parietes ex vna fidelia dealbare, & vno saltu duos simul apros capere. Nam subinde dicere soles, op̄a nostra ita ad vnguē lęuigata, pluteūq; ac demorsos vngues sapiētia, vt ne a Momo quidē carpi queāt, Eos in præsentia melle dulcoras, quos prius aloe inamaricasti. Ne p̄stoleris reciprocā laudatiōis talionē. Hoc enim esset, mutuū mulos scabere, senesq; senes cōfricare. Nos alterius frictiōe haud sane indigemus, vtpote, qui vngues habeamus, eam ad rē non inhabiles. Nos, qui nobiscū habitamus, non extra nos quęrimus, nostrisq; nos pedibus metimur, Chilonis pręceptū imitantes, p̄ foribus templi Apollinis inscriptum γνῶθι σεαυτὸν, idest nosce teipsum. At tu duabus sellis insides, sēperq; aquæ inhęres, Nec in solido cōsistis vnq;. Tanta vteris, & fluctuatiōe & inconstātia. Nōne hoc est, vel cothurno instabilius, vel nebula vanius in pariete depicta? Te modo hūc mō illū, p̄ viribus sauciare, Deinde illatū abs te vulnus demulcere? Tota via, totoue cœlo aberras, si arbitraris nos in saxo vēditare. Nō sunt nobis ocl'i lolio viciati, q̄n serpēte aq̄laq; acuti⁹ ītueamur, q̄rsū

Culex elephantem mordere: formica leonē tondē.
Pfricare frontē: nō erubescē.
Frigidā suffūdere aquā
Noctua vt īter cornices
Asinus vt īter simias.
Lupus ē hō hōi.
Vela vertē.
Ex vna fidelia duos parietes dealbare velle
Vno saltu duos apros capere.
Ad vnguē leuigare
Demorsos vngues sapere
Momus: hō mordax ac captiosissimus.
Mulos scabere: Senes se cōfricare.
nobiscū habitare. suis se pedibus metiri.
γνῶθι σεαυτὸν. nosce teipsum.
Duabus sellis insidere
Sēp aque inhęre
In solido cōsistere
Cothurno īstabilius
Nebula vanius depicta
Illatū vulnus demulcē.
Tota via: toto cęlo errare.
In saxo vēditare
Lolio viciati oculi

tendat palpãs & subdola hęc adulatio? nec tm̃ aquę Letheæ bibim⁹, vt Persij simus immemores, sic in assentatores excãdescentis: Bellũ hoc excute totũ, Quid nõ intus habet? Ne talpas putes, q̃ nõ vlularꝝ modo, ac Lyncũ, sed etiã Caprearꝝ oculos habeãt, Velim tibi ꝑsuadeas, bifrõtes nos Ianos esse, in q̃s a tergo nequeat, vel ciconia pinsere, vel asinus auriculas mouere, vl' canis linguã exerere. Te, qui non nouit, tollat, illiq̃ centones facias, qui albus an ater sis nesciat. Nos aũt non potes vllo q̃uis pacto supplãtare, qui te ab vnguiculo ad summũ capillũ, quiq̃ intus & in cute exploratũ habeamus. Vna manu panẽ ostẽtas, altera lapidẽ cęlas. Quod quidẽ est, litũ melle gladiũ offerre, monstrũ alere, clauũ clauo trudere, tragulã inijcere, fabricã struere, palpũ obtrudere, teq̃ vestitu ac creta occultare. Introrsus turpẽ, sed summa ĩ pelle decorꝝ. Neq̃ a simulata Crocodili natura alienũ, qui viso a se hoĩe statim illachrymat, eundẽq̃ mox deuorat. Hinc Crocodili lachrymæ, tanq̃ fictæ, deuitãdæq̃ noĩantur, Tibi q̃ optime quadrat, qd' de ficto falsoq̃ amico, scriptũ ẽ ab Horatio; Hic niger est, hũc, tu Romane, caueto. Sed q̃d Horatiũ ꝓfero? tametsi ab Hieronymo et doctus & acut⁹ appellat', quũ sub ouina pelle cauẽdos lupos, p̃cipiat redemptor ille noster, qui solus est, nõ tam renũ, q̃ cordiũ perscrutator? Piscaris tu quidẽ in aere, in mariq̃ venaris, si ex palinodia exorare recõciliationẽ credas. Prius testudo leporẽ cursu p̃uertet, currusq̃ bouem trahet, q̃ hoc vl' a me, vel a Fernãdo impetres. Semel staterã trãsilisti, Non est amplius Hyrũdo sub tectũ admittẽda, Inimico recõciliato, aut raro, aut nunq̃ fidas. Imputãdũ est pisci, si rediens ad euasum semel hamũ dep̃hendat'. Stultũ est dicere, nõ putarã. Frustra Neptunũ inuocat, qui scd'm patitur naufragium. Veterem pelliculã

Letheã aquã bibere

Caprearũ ac lynnũ oculos habere.

Janꝰ bifrons

Ciconiã pinsere. Asinũ auriculã mouere.

Canẽ linguã exerere

Cẽtones alicui facere.

Nescis albus an ater sis

Ab vnguiculo ad summũ capillũ exploratũ hr̃e hoĩes

In cute exploratũ hr̃e silr.

Vna manu panẽ ostẽtas altera lapidẽ celas.

Gladiũ melle litũ offerre

Monstrũ alere

Clauũ clauo retũdere.

Tragulã inijcere.

Fabricã struere.

palpũ obtrudere

Vestitu ac creta occultare se.

Crocodili nã esse.

Crocodili lachrymæ.

Piscari in aere. In mari venari.

Ex palinodia exorare recõciliationẽ

Prius testudo cursu leporẽ preueniet.

Currꝰ bouẽ trahet

Staterã trãsilire

hyrũdinẽ sub tectũ admittere.

Inimico recõciliato &c.

Stultũ est dicere nõ putarã

frustra Neptunũ inuocat qui scd'm patitur naufragiũ.

haud facile exuit, qui iam diu fraudibus occalluit. Non ne oīa tam ciuilia, q̄ꝫ pontificia iura ꝓclamāt? eū semper malū fore, quē semel malū fuisse constiterit, eodē p̄sertī mali genere? Nos, neq; austeros admodū, neq; inexorabiles areopagitas dixeris. An nescis, malo nodo, malum cuneū q̄rendū esse? Si tibi machera est, & nobis vrbina, sua est & formicis ira. Si a fronte, a tergoq; diligētius cōsiderasses, in eadē prora ac puppi remū duxisses, ab ouoq; ad mala vsq;, aheneus inter nos murus stetisses. Te vt euitemus/ansam dedisti, fenestrāq; aperuisti. Capra gladiū, quo mactaret adinuenit. Faber/q̄s fecit cōpedes ip̄e gestat. In expuētem recidit, qd' in cœlū expuit. Suo sorex indicio perijt. Potes tu, qui mali frontē repperisti, tuoq; iumēto accersisti, cū Ouidiana Phyllide, nō immerito conq̄ri: Heu patior telis vulnera facta meis. Proprio ligone seipsum ꝑcutere, vinetaq; sua cædere, ac in factā a se foueā decidere, q̄ꝫ imprudens incautūq; sit, vel lippis atq; tonsoribus notū est. Esto in pristinā nostrā necessitudinē recipiaris, dic sodes, dic inq̄ꝫ, cui nā vsui esse possis, in re p̄sertim literaria? ei nēpe, cui & canis in balneo. Quid graculo cū fidibus? Quid asino cū lyra? quid sui cū amaracino. Vide, q̄ꝫti te faciamus, vel laudantē, vel vituperantē, Vino vēdibili haud opus est suspēsa hedera. Canis qui plurimū latrat/ꝑraro mordet. Qui ex se ipsis dependēt, & tibi & tuis simillimis laqueū mandāt, mediūq; vnguē ostendūt. Non elephas culicē, nec dentati edentulos curant. Puerile est, fulgur ex vitro metuere.

Veterē pelliculā difficulter exuit, q̄ iā diu fraudibꝰ occalluit.
Inexorabiles areopagite.
Malo nodo malꝰ cuneus querendus est.
Si tibi machera ē et mihi vrbina.
Sua ē et formicis ira.
A frōte ac tergo ꝯspicē.
In eadē prora ac puppi remū ducē.
Ab ouo vsq; ad mala.
Aheneū stare murū.
Ansā prebere.
Fenestrā aperire.
Capra q̄ mactaret gladiū adinuenit.
Faber q̄s fecit ꝯpedes ip̄e gestat.
In expuētē recidit q̄d ī cœlū expuit.
Suo sorex indicio perijt.
Mali frōtem reperit suoq; iumēto accersijt.
Heu patior telis vulnera ꝛc.
Proprio ligone semet ꝑcutē.
Vineta ꝓpria cædere.
In factā a se foueā decidē.
Lippis atq; tōsoribꝰ notū.
Cui canis ī balneo.
Quid graculo cū fidibꝰ?
Quid asino cū lyra?
Quid sui cū amaracino?
Vino vēdibili nō opꝰ ē hedera suspensa.
Canis multū latrās raro mordet.
Laqueos mādare.
Mediū vnguē ostendē.
Elephas culicē nō curat.
Nec dētati edētulos.
Fulgur ex vitro metuē.

Argumentum Epistolæ. III.

Q. Aeneis non ab omnibus intelligatur,
dubiam habēs cum Iliade palmam.

Contra fluminis tractū adniterer, (suauissime Deli) si te minimo prouocarē, essemq; Icaro, ac Phœ-

Cōtra fluīs tractū adniti.
Audacior Icaro Phoetonte gigātibꝰ

tonte, ne dicã, gigantibus audacior. Si te, qui emunctas purgatasq; nares habeas, naso suspenderẽ. Non cuiusq; est nasum habere, nec Corinthũ petere. Sed sæpius olitor valde oportuna loquit̃, Latet & sæpius sordido in pãno sapiẽtia. Non sum ego, neq; Harpocrates, neq; Angerona, quorũ alter ab Aegiptijs, altera ab Romãis, obligato, obsignatoq; ore depingebat̃, ad silentiũ videlicet indicandũ. Vnde vice ꝓuerbij a luuenale vsurpat̃: Digito cõpesce labellum. Noscis, dentẽ essẽ linguæ claustrũ, ne aut tanq̃ cicada obstrepat, aut rana seryphia obmutescat. Tãtalus ob garrulitatẽ ad inferos est detrusus. Amyclę aũt tacẽdo periere. Oĩbus in rebus (teste philosopho) dãnanda est defectio. Ne simus ex his, de q̃bus dicit Horatius: Dum vitant stulti vicia, in cõtraria currũt. Cui astipulatur, & Neothericũ illud adagiũ, haud quaq̃ aspernandũ: Incidit in scyllam, cupiẽs vitare charybdim. Seu mauis & aliud: Incidit in prunas, cupiẽs vitare patellam. Nõ ab re Flaccus inq̃t: Est mod⁹ in rebus, sunt certi deniq; fines. Quos vltra citraq; nequit cõsistere rectũ. Quare, vt est apd̃ Homerũ, Circe Vlyssem admonebat: Extra vndã & fumũ longe cõpelle carinã. Qui vero errantẽ intuet̃, neq; mutire quicq̃ audeat, ac si oleũ in ore ferat, nõ tã ĩ culpa est, q̃ si ille idẽ aberraret. Sicuti apud Atheniẽses, piaculũ erat, errãti viam non mõstrare, ita & mõstranti nõ credere. Ne supciliũ corruges, si Cato in Catonẽ inciderit, ac tecũ ex plaustro loquar. Nec remulco, sed plena vtar velificatiõe. Audiẽdus semp est, cui (vt Lacedæmonio Apollini) q̃ttuor insunt aures. Bos lassus fortius (vt refert Hieronymus) pedẽ figit, in quẽ lunic⁹ ceu Darhes in Entellũ ꝓcumbit. Quorsum hæc? vt intelligas, ĩ Aeneide, quã tu ꝓpediẽ es aggressurus, agnũ natitare, leonẽq; submergi, neq; in ea repiri, qd̃ pueri clamitãt, sese

Emũctas nares habẽ.
Nasũ suspendẽ.
Nõ cuiusq; ẽ nasũ habere.
Nõ cuiusq; ẽ Corinthũ petere.
Sepiꝰ ẽ olitor valde opportuna locutꝰ.
In sordido pãno latꝫ ĩ sepiꝰ sapientia.
Digito ꝯpesce labellũ.
Cicadã obstrepẽ.
Rana seryphia.
Incidit in scyllã ꝛc.
Incidit ĩ prũnas ꝛc.
Extra vndã & fumũ ꝛc.
Qui errãtem ĩtuet̃ et mutire nõ audet ac si oleũ ĩ ore ferat nõ tã ĩ culpa ẽ q̃ si et ille aberrat.
Sicut errãti viã nõ mõstrare. ita et mõstrãti nõ credẽ.
Ne supciliũ corruges.
Cato ĩ catonẽ incidit.
Ex plaust⁹ loquit̃.
Plena vti⁹ velificatiõe.
Audiẽdꝰ ille cui q̃ꝰ insunt aures.
Bos lassatꝰ fortiꝰ pedem figit.
Dares ĩ Entellũ ꝓcũbit.
Agnũ natitare. et Leonẽ submergi.

in faba reperisse. In Vergiliana nuce, quo altior nucleus abscondit, eo ignotior medulla latitat, nec eã quiuis sus penetrat. Aeneidos ego glaciẽ Parrisijs abscidi. foresq; aperui, nec semel coactus sum, caput scabere, viuosq; ac crudos vngues arrodere. Nõ em̃ mihi, neq; int⁹ canebã. Nimirꝝ circulũ absoluit, atq; oĩm punctũ refert, q Gordij nodos in Aeneide, veluti Alexãder, gladio dissoluat, qsqs sec⁹ cẽseat, cornicũ ocl'os cõfixerit. Habet Verg. cũ Homero dubiã (vt Satyricus testat) faciẽtia carmina palmã. Vrsina lingua ita Aeneida effigiauit, vt instar mũdi (auctore Macrobio) cõstructa videat. Nã vti mũdus, ita & Aeneis, reꝝ diuersitate cõcinnat, si Crassi grauitatẽ, Crispi breuitatẽ, Frõtonis siccitatẽ, Ciceronis copiã, Plinij Symachiq; pinguedinẽ ac floriditatẽ, Si deniq; riui lenitatẽ, torrẽtisq; impetũ reqras, in vna tantũ Aeneide cõperies, q̃ quidẽ vna est in oĩbus, & oĩa in vna. Despumat illius vindemia, ex varijs hincĩde racemis, vndecim annos selecta, eoq; prelo exp̃ssa, quale antea latini degustarant nunq̃. Defæcat & in ea vinũ oĩm palato, Ambrosia Nectareq; suauius. Vix incęptæ a Vergilio Aeneidos, tãta fuit fama, vt Sextus Proptius p̃dicare nõ dubitauerit;

Cedite, Romani scriptores, cedite Graij,
Nescio quid maius nascitur Iliade.

¶ Cui Ouidius astipulat scribẽs: Et profugũ Aeneã altæ p̃mordia Romæ, Quo nullũ latio clari⁹ extat opus. Maro ad Augustũ rescripsit, de Aenea suo, tantã quidẽ rẽ inchoatã esse, vt pene mẽtis vitio defecisse videret. Papinius, Vergilij Simia, non erubuit Thebaida. xij. a se annos elucubratã, hisce ꝟ sib⁹ alloq; Nec tu diuinã Aeneida tẽta, sed lõge seq̃re, & vestigia sp adora. Alexãder Romanus imp̃ator dormitur⁹ iubebat semp ceruicali Vergiliũ suppõi, sicut et Homerꝝ Alexãder Macedonũ rex, ille, vt

Repit q̃d pueri ĩ faba. Quo altior nucleus latitat eo ignotior medulla. Sus q̃uis nõ pẽetrat. Glaciẽ abscidit. Fores aperuit. Caput scabere. Viuos crudosq; vngues arrodere. Intq canebat. Circulũ absoluẽ. Punctũ referre. Gordij nodos gladio dissoluere. Cornicũ oclos ꝯfigẽ.

Vrsina lĩgua effigiaẽ.

Crassi grauitas. Crispi breuitas. Frõtonis siccitas. Ciceroĩs copia. Plinij ꝛc pĩguedo.

Simia Virgilij papinius. ꝛ imitator eius.

Ad typū fingit.

ad Aeneæ, hic ad Achillis typū sese fingeret. Vergilius nullius expers disciplinæ, neq; laude (vt inquit Macrobius) extollit̃, neq; vituperio deprimit̃, quem Augustinus scribit, propterea a paruulis legi, vt, videlicet, poeta omnium p̃clarissimus, atq; optimus, teneris annis ebibat̃, nec ita facile obliuione aboleri queat. Caue, igit̃, ne illotis pedibus tam diuinã interpretatiõem attentes, sic & caput absq; lingua, pedariãq; sententiã sequaris, neue canis ex Nilo bibas. Caue, inq̃, ne remis velisq; nauiges, & sero Phryx sapias. Ardea incassum aquã culpat. Vtere vsurpato ab Aug. Cæsare, puerbio, σπεῦδε βραδέως, Id est festina lente, nã vt Catoni placet, sat cito, si sat bene. A se ipso fallit, qui sibi, aut Suffenus, aut Meuius, Sese autẽ fallere nihil est, neq; vanius, neq; pernitiosius. Vale.

Augustinus de Virgilio.

Illotis pedibus ingredi.

Caput absq; lingua.

Canẽ ex Nilo bibere.

Remis velisq; nauigat.

Sero phryx sapuit.

Ardea aquã culpat.

festina lente.

Sat cito, si sat bene.

Sibi Suffenus sibi Meuius.

Argumentum Epistolæ. IIII.

Non esse, antiquatis, obliteratisq; verbis vtẽdum.

Ad parietẽ: ad mortuũ verba facẽ.

Asinus plus stramẽ q̃ aurum.

Sctm dare canibus.

Ante suem rosas margaritasq; spargẽ.

pollicẽ vertẽ.

Surdo asello narrat̃ fabella.

Dola ad rubricã leuigari.

Loquẽdi sartagine abuti.

Cũ mrẽ Euãdri sermocinatur.

Rãcidũ lardũ sapẽ.

Ex auctorata reuocare ĩ lucem.

Aplũda.

floces.

DOleo in immẽsum, q̃ hactenus ad parietem, seu potius ad mortuũ, verba fœcerim, q̃q; sis asinus stramen pluris faciens q̃ aurũ. Etenim, mentis inops est, qui sanctum cani det, & ante suem rosas, margaritasq; dispergat. Si cogitassem, nihil retibus trahere, nunq̃ certe pressissem, quẽ cogor in præsentia pollicem vertere. Surdo asello narrata est fabella, quũ dolam, qua tu ad rubricã leuigareris attuli. Quid igit̃ loquẽdi sartagine abuteris, ac mecum, quasi cum matre Euandri, sermocinaris. Vetus rancidumq; lardum sapit, qui verba, multis iam sæculis obliterata, & a sequẽte demũ ætate ex auctorata, reuocare in lucẽ studeat, semperq; in ore habeat, aut venosum Accium, aut verucosum Pacuuium. Quẽadmodũ & is, qui ꝓ furfureo pane, apludã, pro fœtido vino, floces, vsurpabat. Et Imperator Hadrianꝰ adeo vetustatis amator, vt Ciceroni Catonẽ, Vergilio Enniũ,

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Salustio Cęcilium ptulerit, eademq; iactatiõe, de Homero, ac Platone, iudicauerit. Quoties quoties admonui, vt atticis Gellij noctibus inuigilares, & in Macrobij apud Vectiũ sympo sio conuiuareris, Illicq; si preceptorem non austris immisisses, audiuisses vtiq;, viuendũ esse moribꝰ præteritis, q; honesti, q; sobrij, q; modesti fuerint, presentibus autẽ verbis loquendum. Audiuisses, & C. Cæsarẽ a toto cœtu summo plausu exceptũ, qui primo de genealogia libro, scriptũ reliquit; Insolens atq; infrequẽs verbum, tanq; scopulum, euitandũ esse, Nisi vsu renascatur, penes quẽ vis est (vt testat Horatius) & norma loquendi. Saltantem Camelum facit, qui antiquã recentioribus ruditatẽ ostentet. Infœcundi quippe ingenij est, p̃ monstrãtem, q; q; illi debetur plurimũ, nõ excedere. Haud immerito posteri, & de deo, & de natura, conquererent, si quod maiores, vel labore, vel industria excogitarũt, nõ possent minores illud idem, & melius fortassis, comperire, dummodo ea rerum curiositate exagitarent, ad quam prisci neruos omnes intenderunt. Non alijs, nec pluribus certe membris, q; & nos simus, compacti erãt, neq; ingenio nepotibus p̃starent, nisi pro grauitate, ignauia, pro contemplatione, torpedo, p vigilia, somnus obreperet. Quo iunior, eo sane p̃spicatior. Es tu, me Hercle, senex bis puer, Immo semper puer. Non addam amplius, ne verbũ quidẽ vnũ. Inexperti est agricolæ, annosam arborẽ trãsplantare. Quis funẽ in puteum demittat, scienterq; deiectum extrahat? Duræ ceruici paranda est securis. Vale.

Austris cõmittẽ

Viuendũ est moribꝰ p̃teritis: p̃ñbꝰ aũt vbis loqndũ.

Saltãtem Camelũ facit.

Neruos omẽs intendẽ.

Senex bis puer.

Inexpti ẽ agricolẽ ãnosã arborẽ trãsplãtare.

Funẽ i puteũ demittẽ et spõte deiectũ extrhẽr.

Dure ceruici paranda securis.

Argumentum Epistolæ. V.

Non habendum esse cum fœmina commercium.

VEreor, mi Francisce, ne aquam in cribrum ingerã, bouemq; ad ceroma mittã, q; scilicet, ad corpus scribã absq; pectore, Quippe, qui sis vel pistillo

Aquã i cribrũ ingerit.

Bouẽ ad ceroma mittẽ.

Ad corpꝰ scribẽ absq; pectore.

Pistillo retusior.

Bethoo aere crassior. Horeste ꝛc insanior.

retusior, vel bethoo aere crassior. Nonne iure cẽsendus es, Horeste Labeoneq; insanior? Nõne exclamare libet Satyricũ illud: O medici, mediã pertundite venã. Cum meretricea voragĩe vsq; adeo immergaris, vt inde ebullias nunq̃? Cur anticyram non aduolas? vt illic Helleboro cerebrum expurges? Ira naso decidat, dum te aceto abluam, dumq; hulcus ad viuũ attingam? Qui quod non debet, agit, quod non vult, adinuenit. Nescis insane, nescis, fœminã amplecti, nihil aliud omnino esse, q̃ aut hamum deuorare, aut diaboli viscario intricari, aut in sinu ignem, in quo exuraris, deferre. Virum enim ac mulierẽ, tanq̃ ignem, paleamq;, nunq̃ insufflare cacodęmon cessat, donec & accendat, & inflãmet. Muliebre cõmerciũ, æque profecto, atq; igniuoma Chymera euitandum est, Semper flãma fumo est proxima. Stipula, quũ ꝓximat, statim ignem incendit, oleumq; flammis adijcit. Quoties fœminam adis, existimes te, inferni (vt ait Hieronymus) ianuã ingredi, Sathanæq; sagitta penetrari. Fœmina siquidẽ fuit ab initio, peccati aucupatrix, eritq; semp ĩexhaustus maloꝝ fomes, qd̃ nõ ignorãs Origenes, fęminã (inquit) esse peccati caput, diaboli arma, paradisi expulsiõem, delicti matrẽ, antiquæ legis corruptionẽ. Nullũ extat in fœmina membrũ, qd̃ vel auaritiã, vel latrociniũ, vel ꝓditionẽ, vel ingluuiẽ, vel luxuriã, hoĩes brutificantẽ nõ redoleat. Pro quibus explendis, quid cõtra ius, fasq; perpetrauerit, tũ maioꝝ, tũ minoꝝ exẽploꝝ, adeo latus est cãpus, vt satius sit tacere, q̃ pauca dicere. Nunq̃ alta excogitabit, q fœminaꝝ accessibus gestiat. Scortũ si, vt cœpisti, cõsectaberis, ex plumoso statim glaber fies, viuãq; ad cutẽ tõdeberis. Illud em̃ (vt nõ inscite a Plauto scribit̃) mare est, vt est, qd̃ des, deuorat, nũq̃ abũdat, immo, mare nõ est mare, sed meretrix mare est acer-

Helleboro cerebrũ expurgare. Aceto abluere. Hulcũ ad viuũ attingẽ. Qui qd nõ dz agit ꝛc

Hamũ deuorare. In sinũ ignẽ deferre.

Sp flãma fumo ẽ ꝓxĩa. flãmis oleũ adijcit.

Contra ius phasq;

Ex plumoso glabrũ fieri Ad viuã cutẽ tondi.

Albarum ethiopē. Phœnice rariorem.

